



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE
CANONICA ET MO- || nastica Disciplina collapsa
restau- || randa, pristinoque nitori || restituenda. ||**

Schulting, Cornelius

Coloniae Agrippinae, 1599

VD16 ZV 14233

19. Ex Bonauenturæ Speculo disciplinæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

tamen non ita nec spirituale studium sacre affectionis, de quo dictum putatur. Erudire Hierusalem ne forte recedat à te anima mea ne forte ponam te terram desertam & inhabitabilem, cōminans si verba bene attendantur & cordis sui recessum inopiam spiritualium bonorum, defectum in super spiritualium personarum. Sunt itaque causæ excidij deuotionis & deformationum, si bene recolligamus singula malicia & negligentia prælatorum, neglectus Visitationum, incuria minimorum, negligens institutio nouitiorum, commixtio sæcularium & deseruitio Ecclesiarum, abundantia possessionum & opulentia diuitiarum saturitas panis & otium, effusio nimia externorum laborum, nimia arctitudo statutorum & multiplicatio ceremonialium obseruationum, euagationum frequentia, in exercitatio spiritualium exercitiorum omissoque deuotionis & sacrorum studiorum. Quæ omnia vitanda forent si qua forma reformationis foret ordinanda vt latius id exequutum in Reformatorio.

CAPVT XIX.

Ex Opusculo Bonauentura quod Speculum Disciplinæ inscribitur.

Speculum Disciplinæ in prima & præcipua sui parte continet. 32. capita in quibus summarim sequentia pertractantur. ca. 1. De vetustatis depositione ca. 2. de constantia mentis & cautela contra Diabolicas tentationes. c. 3. Quomodo sit necessaria.

cessaria humilitas ad Disciplinæ susceptionem c.
 4. De captiuatione voluntatis propriæ. cap. 5. De
 præsumptione tam in re quam in signo. cap. 6. De
 irreuerentia. cap. 7. De Disciplina in generali. ca.
 8. De Disciplina in speciali. cap. 9. De disciplina
 circa Confessionem priuatam. cap. 10. De Disci-
 plina circa Confessionem publicam. c. 11. De Di-
 sciplina quoad positionem boni in genere. ca. 12.
 In specie. De Disciplina circa cordis informatio-
 nem & primò de Oratione. ca. 13. De Diuino of-
 ficio addiscendo. c. 14. De diuino officio in gene-
 rali. c. 15. De Disciplina Officij in Choro. c. 16. De
 Disciplina Officij extra chorum. ca. 17. De alta-
 ris ministerio curando. ca. 18. De Disciplina circa
 ea quæ ad corpus sunt ca. 19. De Disciplina in ge-
 stu. ca. 20. De Disciplina in modo loquendi ca. 21.
 De Disciplina circa comestionem. c. 22. De Disci-
 plina in Opere Manuali. cap. 23. De Disciplina in
 gestu membrorum. ca. 25. De Disciplina circa ha-
 bitum seruanda. ca. 26. De Disciplina in officinis
 circa fratres. cap. 27. De modo conuersandi omni
 loco secularium. ca. 28. De modo conuersandi in
 itinere constitutis. cap. 29. De modo conuersandi
 in Ecclesijs secularium. c. 30. De disciplina in offi-
 ciu seruanda. c. 31. De disciplina verborum inter
 seculares. c. 32. De disciplina comendendi inter
 seculares. Sequuntur 25. Memorabilia in epistola
 Bonauenturæ quæ continent quasi regulam quã-
 dam & Statuta omnium in Christo pie & spiri-
 tualiter viuere volentium, quæ inde hauriantur
 ex Opusculis nimirum Bonauenturæ.